

VULGATÆ EDITIONIS
BIBLIORUM SACRORUM
CONCORDANTIÆ

AD RECOGNITIONEM

JUSSU SIXTI V. PONTIF. MAX.

BIBLIIS ADHIBITAM


RECENSITÆ ATQUE EMENDATÆ AC PLUSQUAM VIGINTI QUINQUE MILLIBUS VERSICULIS AUCTÆ INSUPER ET NOTIS
HISTORICIS, GEOGRAPHICIS, CHRONOLOGICIS LOCUPLETATÆ

CURA ET STUDIO

F. P. DUTRIPON

THEOLOGI ET PROFESSORIS

EDITIO SECUNDA



BARRI-DUCIS

LUDOVICUS GUERIN, EQUES ORDINIS S. SILVESTRI, ET SOCII,
TYPOGRAPHI EDITORES

M DCCC LXVIII

J

JAB

JASIA.

Cum audisset Esdras populum Israel, sacerdotem et Levitas, non abstinuisse per captivitatem a sociandis nuptiis cum gentilibus idolorum cultoribus, et abominationibus eorum, et principes et magistratus in transgressione eminuisse, pallium et tunicam scidit, capillos capitis et barbam evellit, seditque mœrens. Convenerunt ad eum omnes qui Deum timebant Israel et curvis genibus, preces ad Deum fuderunt, pro peccatis populi misericordiam implorantes; constituit principes in universa multitudine qui de toto hoc negotio cognoscerent. Ut autem sine confusione familiarum catalogus scriberetur, omnes se in familias suas recipere jussi sunt, quibus Esdras ipse prævit exemplo suo. Porro tres menses tenuit ista recensio; principes autem qui steterunt super hoc, et catalogum scripserunt, fuere Jonathan filius Azahel, et Jaasia filius Thecuë; et Mosollam et Sebethai Levites adjuverunt eos.

1 Esdr. 10-15 Jonathan filius Azahel, et Jaasia filius Thecuë, steterunt super hoc

JABEL.

Filius Lamech ex Ada ejus uxore. Pater fuit habitantium in tentoriis, atque pastorum, id est, primus fuit pastor, vel magister pecorum, et invenit primus artem habitandi in tabernaculis, ut pasceret gregem; solent enim Hebræi vocabulo patris significare quemvis artium inventorem, vel excellentem magistrum.

Gen. 4-20 Genitque Ada Jabel, qui fuit pater habitantium in tentoriis, aique pastorum

JABES I.

Nomina patris et matris Jabes in sacro textu non leguntur. A matre dictus fuit Jabes, quod dolorem significat, vel tristitiam. Præ fratribus suis pietate inclytus fuit et divitiis: invocavit Deum Israel, et præstitit ei Deus omnia quæ precatus erat.

1 Par. 4-9 Fuit autem Jabes, inclytus præ fratribus suis Et mater ejus vocavit nomen illius Jabes, dicens: Quia peperit eum in dolore
-10 Invocavit vero Jabes Deum Israël

JABES II.

Pater Sellum regis Israel, qui Zachariam prædecessorem suum interfecit ejusque loco regnavit.

4 Reg. 15-10 Conjuravit a. contra eum Sellum filius Jabes
-13 Sellum filius Jabes regnavit trigesimo nono
-14 Percussit Sellum filium Jabes in Samaria

JABES.

Urbs in tribu Manasse. Hujus urbis prima mentio est in lib. Judic. 21-8 et seqq., cum habitatores Jabes Galaad inventi sunt non inter-

JAB

fuisse in Israelitarum exercitu, qui Beniamitas ob stuprum Levitæ uxori illatum deleverunt; ideoque et habitatores omnes Jabes Galaad interfecit sunt præter virgines, quas profugis Beniamitis reliquis in uxores dedere. Longo post tempore, Naas Ammonitarum rex obsedit urbem Jabes Galaad, dationemque sprevit, nisi oculus dexter cunctis civibus erueretur; Saül, hac de re certior factus, convocavit Israel, urbem obsidione solvit, Ammonitas vicit dissipavitque. Habitatores Jabes Galaad hujus beneficii memores, cum Philisthium Saülem et Saülis filios interfecissent, et muris Bethsan suspendissent; ipsi fortissimi quique tulerunt Saülis et filiorum ejus corpora, et in nemore Jabes Galaad sepelierunt. Nunc Jabes Galaad vicus est trans Jordanem in sexto milliario civitatis Pellæ, super montem euntibus Gadaram.

Judic. 21-8 Inveni sunt habitatores Jabes Galaad in illo exercitu non fuisse

- 10 Percutite habitatores Jabes Galaad in ore gladii
- 12 Inventæque sunt de Jabes Galaad quadringentæ virgines
- 14 Datæ sunt eis uxores de filiabus Jabes Galaad

1 Reg. 11-1 Pugnare cepit adversum Jabes Galaad

- Dixeruntque omnes viri Jabes ad Naas
- 3 Et dixerunt ad eum seniores Jabes
- 5 Et narraverunt ei verba virorum Jabes
- 9 Sic dicetis viris, qui sunt in Jabes Galaad Annuntiaverunt viris Jabes: qui latati sunt
- 31-11 Quod cum audissent habitatores Jabes Galaad

- 12 Veneruntque Jabes Galaad, et combusserunt
- 13 Et sepelierunt in nemore Jabes

2 Reg. 2-4 Quod viri Jabes Galaad sepelissent Saül

- 5 Misit ergo David nuntios ad viros Jabes Galaad

24-12 Tulit ossa Saül... a viris Jabes Galaad

1 Par. 2-35 Scribarum habitantium in Jabes

- 40-11 Hoc cum audissent viri Jabes Galaad
- 12 Attuleruntque ea in Jabes, et sepelierunt ossa eorum subter quercum, quæ erat in Jabes

JABIN I.

Rex Asor, anno mundi 2585, ante J. Ch. 1469. Cum audisset Jabin omnia præclare gesta victoriasque Josue, timuit valde ne et ipse invaderetur, totumque regnum. Misit ergo nuntios ad Jobab regem Madon, et ad regem Semeron et ad regem Achsaph, ad reges quoque Aquilonis, qui habitabant in montanis; erant enim omnes hi reges subditi regi Asor, nam Asor antiquitus inter omnia regna hæc principatum tenebat. Ad Chanaanæos ætiam misit, et ad Amorrhæos aliosque plurimos po-

JAB

pulos, et congregavit exercitum multum nimis sicut arena in littore maris, equorum quoque et currum immensam multitudinem. Josephus peditum trecenta millia, equitum decem millia, e curribus vero pugnantium viginti millia fuisse asserit. Convenerunt omnes isti reges ad aquas Merom ut pugnarent contra Israel; Josue vero Domino confidens persecutus est eos, et percussit omnes, equos eorum subnervavit, currusque igni combussit. Reversus cepit Asor, et regem ejus Jabin gladio necavit, et omnes animas quæ ibidem morabantur, ipsamque urbem peremit incendio.

Josue. 11-1 Quæ cum audisset Jabin rex Asor, misit

JABIN II.

Rex Asor. Anno mundi 2770, ante J. Ch. 1284. Post mortem Aod judicis populi Israel, addiderunt filii Israel ut facerent malum in conspectu Domini; tradidit eos Dominus in manus Jabin regis Chanaan, qui regnabat in Asor, principemque exercitus Sisaram habebat. Jabin iste erat ex posteris Jabin illius præcedentis, cujus mentio est apud Josue 11-1; et civitatem Asor, quæ vastata et flammis consumpta dicitur a Josue, Chanaanæi reedificaverunt. Clamaveruntque filii Israel ad Dominum: nongentos enim possidebat Jabin sulcatos currus, et per viginti annos vehementer opprimerat eos. Debbora autem prophetis quæ tum lites et controversias populi sui componebat, duxit Barac contra Sisaram, qui fugiens pervenit ad tentorium Jabel uxoris Haber Cincæi. Illa ingressa abscondite silenterque, clavum defixit in cerebrum ejus usque ad terram; qui soporem morti consocians defecit. Humiliavit ergo Deus in die illo Jabin regem Chanaan coram filiis Israel, qui crescebant quotidie, et forti manu opprimebant Jabin, donec dererent eum.

Judic. 4-2 Tradidit illos Dominus in manus Jabin
-7 Sisaram principem exercitus Jabin
-17 Erat enim pax inter Jabin regem Asor
-23 Humiliavit ergo Deus in die illo Jabin
-24 Et forti manu opprimebant Jabin regem
Psal. 82-10 Sicut Jabin in torrente Cisson

JABNIA.

Jabnia, sive Jamnia, civitas erat maritima portu celebris, et munita, vix trium horarum itinere distans a Geth, juxta tabulas Adrichomii. Murum ejus destruxit Ozias rex Juda.

2 Par. 26-6 Destruxit murum Geth, et murum Jabnie

JABOC.

Torrentis, seu fluviolus, quo transmissio, luctatus est Jacob adversus eum qui sibi apparuerat, vocatusque est Israel. Torrentis iste

Galaaditidem ab Ammonitarum finibus dividit, et ultra procedens Jordani fluvio commiscetur.

- Gen.** 32-22 Et transivit vadum Jaboc
Josue. 12- 2 Usque ad torrentem Jaboc
Judic. 11-13 A filiabus Arnon usque Jaboc
 -22 Universos fines ejus, de Arnon usque Jaboc

JACAN I.

Rex Idumæa, filius Eser filii Seir.

- 1 Par.** 4-42 Filii Eser : Balaan, et Zavan, et Jacan

JACAN II.

Pater, id est, princeps eorum quibus erat Beroth, quando Israelitæ moverunt castra de Moseroth et posuerunt vigesimam octavam stationem in Bene-Jaacan.

- Deut.** 10- 6 Moverunt castra ex Beroth filiorum Jacan

JACEO.

- Gen.** 28-11 Tulit de lapidibus qui jacebant
 49-23 Benedictionibus abyssii jacentis deorsum
 -31 Ibi et Lia condita jacet
Exod. 12-30 Neque enim erat domus in qua non jaceret mortuus
 16-13 Mane quoque ros jacuit per circuitum castrorum
 21-18 Sed jacuerit in lectulo
 23- 5 Si videris asinum odientis te jacere sub onere

- Levit.** 10- 5 Tulerunt eos sicut jacebant
Num. 14-29 In solitudine hac jacebant cadavera vestra
 -32 Vestra cadavera jacebant in solitudine
 16-37 Ut tollat thuribula que jacent in incendio
 -43 Cumque jacerent in terra
Deut. 9-25 Et jacui coram Domino quadraginta diebus
Josue. 7-10 Surge, cur jaces pronus in terra?
Judic. 3-25 Invenit dominum suum in terra jacentem mortuum

- 4-22 Vidit Sisaram jacentem mortuum
 5-27 Et jacebat exanimis et miserabilis
 7-12 Orientales populi, fusi jacebant in valle
 Sicut arena que jacet in littore maris
 15-15 Maudibulam asini, que jacebat, arripiens
 19-27 Ecce concubina ejus jacebat ante ostium
Ruth. 3- 4 Et projecit te, et ibi jacebis
 - 8 Viditque mulierem jacentem ad pedes suos
1 Reg. 3- 2 Heli jacebat in loco suo
 5- 3 Ecce Dagon jacebat pronus in terra
 - 4 Invenit Dagon jacentem super faciem
 26- 7 Et invenit Saul jacentem et dormientem
 31- 8 Invenit Saul et tres filios ejus jacentes in monte Gelboë

- 2 Reg.** 12-16 Et ingressus seorsum, jacuit super terram
 13- 8 Venitque Thamar... ille autem jacebat
 20-12 Amasa autem conspersus sanguine, jacebat in media via

- 4 Reg.** 4-32 Et ecce puer mortuus jacebat in lectulo ejus
1 Par. 40- 8 Invenit Saul, et filios ejus jacentes in monte Gelboë

- 2 Par.** 31- 9 Interrogavitque... cur ita jacerent acervi
1 Esdr. 10- 1 Orante Esdra... et jacente ante templum Dei
Tobie. 2- 3 Nuntiavit ei, unum ex filiis Israël jugulatum jacere in platea

- Judith.** 10- 1 In quo jacuerat prostrata ad Dominum
 13- 4 Porro Holofernes jacebat in lecto
 14-14 Sed cum nullum motum jacentis sensu aurium caperet
 Vidensque cadaver... tabefactum jacere super terram

- 14 Ecce enim Holofernes jacet in terra
Esth. 7- 8 Super lectulum corruisse, in quo jacebat Esther

- Prov.** 14-19 Jacebunt mali ante bonos
Sap. 17- 2 Fugitivi perpetue providentiæ jacuerunt
Jerem. 25-33 In sterquilinum sup. faciem terre jacebunt
Thren. 2-21 Jacuerunt in terra foris puer et senex
Dan. 10- 9 Audiens jacebam consternatus super faciem
2 Mac. 3-29 Per divinam vii tutem jacebat mutus
Matth. 8- 6 Puer meus jacet in domo paralyticus
 -14 Vidit socrum ej. jacentem, et fabricantem
 9- 2 Offerebat ei paralyticum jacentem in lecto
 -36 Quia erant vexati, et jacentes sicut oves non habentes pastorem

- Marc.** 2- 4 Submiserunt grabatum, in quo paralyticus jacebat
 5-40 Et ingreditur ubi puella erat jacens
 7-30 Invenit puellam jacentem supra lectum
Luc. 5-25 Tulit lectum, in quo jacebat : et abiit
 16-20 Lazarus, qui jacebat ad januam ejus
Joan. 5- 3 In his jacebat multitudo magna languentium

- Act.** 9-33 Ab annis octo jacentem in grabato
 28- 8 Contigit autem, patrem Publii febribus et dysenteria vexatum jacere

Apoc. 11- 8 Corpora eorum jacebunt in plateis civitatis

JACHAN.

Quintus filius Abihail filii Huri in tribu Gad.

- 1 Par.** 5-13 Et Joraï, et Jachan, et Zie, et Hber

JACHANAN.

Urbs ad Carmelum, postea Levitis concessa.

- Josue.** 12-22 Rex Jachanan Carmeli unus

JACHIN I.

Filius tertius vel quartus Simeonis. In Genes. 46-10 et in Exod. 6-15 numerantur sex filii Simeonis; in Num. vero 26-12 et in 1 Paral. 4-24 quinque tantum; omittitur enim Ahod, quia mortuus est sine liberis, unde non habuit familiam, nec sortem in terra Chanaan.

- Gen.** 46-10 Filii Simeon : Jamuël, et Jamin, et Ahod, et Jachin

- Exod.** 6-15 Filii Simeon : Jamuël, et Jamin, et Ahod, et Jachin

- Num.** 26-12 Jachin, ab hoc familia Jachinitarum

JACHIN II.

Princeps familiæ sacerdotalis Jachinitarum, quæ vigesima prima inter viginti quatuor familias Leviticæ, quinta vero inter octo ex semine Ithamar.

- 1 Par.** 24-17 Vigesima prima (exiit sors) Jachin

JACHIN III.

Unus e sacerdotibus qui primi habitaverunt in Jerusalem post e captivitate reditum.

- 1 Par.** 9-10 De sacerdotibus... Jedaïa, Joïarib, et Jachin
2 Esdr. 11-10 De sacerdotibus : Idaïa filius Joarib, Jachin

JACHIN.

Nomen primæ columnæ in porticu templi Salomonis. Secunda vocabatur Booz. Jachin dicitur, quod firmiter fundata esset; nam verbum Hebraicum est, Firmiter stabilire : Booz autem significat, In ipso fortitudo.

- 3 Reg.** 7-21 Columnam dexteram, vocavit eam nomine Jachin

- 2 Par.** 3-17 Eam, quæ a dextris erat, vocavit Jachin

JACHINITÆ.

- Num.** 26-12 Jachin, ab hoc familia Jachinitarum

JACIM I. Filius Semeï, de tribu Benjamin.

- 1 Par.** 8-19 Et Jacim, et Zechri, et Zabdi

JACIM II.

Princeps familiæ sacerdotalis, e semine Eleazar filii primogeniti Aaron.

- 1 Par.** 24-12 Duodecima (exiit sors) Jacim

JACIO.

- Gen.** 21-16 Procul quantum potest arcus jacere
Levit. 15- 8 Si salivam hujuscemodi homo jecerit super eum qui mundus est

- Num.** 35-17 Si lapidem jecerit, et ictus occubuerit
 -20 Vel jecerit quippiam in eum per insidias

- Deut.** 11-10 Ubi jacto semine in hortorum morem
 28-38 Sementem multam jacies in terram

- Josue.** 6-26 In primogenito suo fundamenta illius jaciit

- Judic.** 9-53 Una mulier fragmen molæ desuper jaciens
 20-16 Et sic fundis lapides ad certum jacentes

- 1 Reg.** 17-49 Tulitque unum lapidem, et funda jecit
 20-20 Et jaciit quasi exercens me ad signum
 -36 Affler mihi sagittas, quas ego jacio

- Jecit aliam sagittam trans puerum
3 Reg. 13- 1 Jerob. stante super altare, et thus jaciente

- 4 Reg.** 13-17 Dixit Eliseus : Jace sagittam. Et jecit

- 1 Par.** 12- 2 Utraque manu fundis saxa jacentes

- 2 Par.** 3- 3 Hæc sunt fundamenta, quæ jecit Salomon
 18-33 Accidit autem ut unus e populo sagittam in incertum jaceret

- 26-14 Preparavit... et fundas ad jaciendos lapides
 31- 7 Ceperunt acervorum jacere fundamenta

- Prov.** 1-17 Frustra a. jacitur rete ante oculos pennator.
Isai. 29- 3 Jaciam contra te aggerem

- 37-33 Et non jaciit ibi sagittam, et non occupabit
Jerem. 46- 9 Et Lydi arripientes et jacentes sagittas

- Aggei.** 2-19 A die, qua fundamenta jacta sunt templi Do.
1 Mac. 10-80 Et jecerunt jacula in populum a mane

- 2 Mac.** 4-41 Quidam vero cinerem in Lysimach. jecere
 10-30 In adversarios a. tela et fulmina jaciebant

- Marc.** 4-26 Quemadmodum si homo jaciit sementem in terram

- Joan.** 8-59 Tulerunt ergo lapides, ut jacerent in eum
Hebr. 6- 1 Non rursus jacentes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis

JACOB I.

Anno mundi 2199, ante J. Ch. 1835. Filius Isaac et Rebecca, fraterque minor Esau. Longior est historia Jacob ut hic queat enarrari; ideo visum est præcipuum ponere in modum recapitulationis. — Jacob et Esau concipit Rebecca ex eodem concubitu Isaac. Jacob matris charior, quia vir simplex, Esau autem durus et venator; Jacob a fratre suo de agro redeunte et lasso emit primogenitum Esau, et per matris astutiam benedictionem Esau præripit. Benedictus a patre, constituitur Jacob dominus fratrum suorum. — Non est necesse laborare ut Jacob, aut Rebecca a mendacio purgemus; varie extant opiniones. Sanctus Gregorius Theologus, Orat. 2, c. 103, ait Jacob benedictionem patris surripendo, rem bonam non bene per insidias captivisse; ergo non laudatur; a sancto autem Augustino excusatur, lib. contra Mendacium, c. 10. — Jacob filio suo præcipit Rebecca ut fugiat ad Laban, et inde uxorem accipiat, quod et ipse præcipit Isaac. Profectus igitur Jacob, et vespere post solis occubitum adveniens in quemdam locum, et volens in eo requiescere, tulit de lapidibus qui jacebant, et supponens capiti suo, dormivit in eodem loco, viditque in somnis scalam, etc. — Videtur instituta visio hæc ad consolandum Jacob, qui solitarius, mœstus et sollicitus extra patriam domum peregrinabatur, longe a patre et matre quos valde diligebat; quare voluit Deus illi tam anxio significare providentiam suam, et opem de cœlo ubique ei affuturam; Angeli enim descendentes felicem Jacobi abitum in Haran, ascendentes vero felicem ejus reditum in Chanaan significavit. Ita censent aliqui. Per istam scalam quæ extendebatur a terra ad cœlum, dicunt doctissimi inter Hebræos significari omnia ista inferiora a superioribus dependere. Verius autem est voluisse Dominum Jacobum consolari visione scalæ, quæ est symbolum Incarnationis Verbi ex Jacobi stirpe. Nam per scalam intelligimus Christum, descensurum et nasciturum per varios gradus, et generationes, et genitores, quorum ultimus est Joseph cum beata Virgine; summus Adam, qui immediate a Deo creatus est. Scala tangit terram, quia Christus in terris visus est, et cum hominibus conversatus est: tangit cœlum, quia secundus Adam est de cœlo cœlestis, et quia ipse est nobis scala, qua Divinitas Christi conjuncta erat cum humanitate, descenditque ad nos, per quem et ascendimus ad Deum Patrem; nemo enim ventre potest ad Patrem nisi per Christum. Descendant Angeli, ut hoc mysterium hominibus annuntient: ascendunt, ut ardentia Patriarcharum desideria et orationes ad Deum ferant. Denique gradus scalæ, cujus duo latera sunt misericordia et veritas, possunt Christi virtutes interpretari, per quas ascendit ad cœlum; insper et in hoc somnio promisit Deus Jacob terram Chanaan possidendam. — Cumque evigilasset, pavens exclamavit: Quam terribilis est locus iste! Non est locus communis, sed locus in quo beneplacitum est coram Deo, et de regione bujus loci est porta cœli; et erexit ibi lapidem quem supposuerat capiti suo. Fundens oleum desuper, ut Deo honorem exhiberet, et ei creaturam suam libaret, et lapidem divinæ gratiæ indicem quodammodo honoraret. Deinde profectus, adveniens aquam præbet ovibus Rachel; servitque apud Laban Syrum quatuordecim annis pro duabus virginibus, et erant illi omnes dies, quasi dies unus, quod earum amore flagrans, non labore frangebatur. Jacob septuagesimo septimo ætatis anno profectus est in Haran (Mesopotamiam) Syriæ. Octogesimo quarto duxit Liam et Rachelum, octogesimo quinto ex Lia suscepit Rubenum, sexto Simonem, septimo Levi, octavo Judam. Nonagesimo primo Jacobi anno, Rachel, conjuge monente, dedit sterilitatis curationem a Deo esse querendam, et peperit Joseph. Posthæc unum nonagesimum agens Jacob, ex Haran Syriæ, inscio socero, in Chanaanitidum fugit; et Rachel alterum filium enixa est Benjamin, in Ramatha juxta Ephratam in tractu Jerosolymitano. Jacob missis nuntiis favorem fratris sui Esau petit, quem dominum suum vocat; cum Angelo luctatur et prævalet, ut confidat se adeo fortem, posse Esau vincere; ideo hinc appellatur Israel. Filii Ja-